Quelle:
Copyright:



16. Fol. 131-289.

Joañis Nider consolatorium timoratæ conscientiæ.

Joannis Nider consolatorium timoratæ conscientiæ. Absque ulla inscriptione incipit prologus: " Apud disciplinas reperimus phisicas". Hunc sequitur tabula capitulorum, qua finita legitur rubrica: " Presens tractatus intytulari poterit consolatorium timorate consciencie". Opus ipsum inchoatur: " Primo igitur animadvertendum quod consciencia uno modo sumitur pro re conscita! Coronidem imponit ipsissimi authoris non minus rara, quam ingenua censura, ait enim: " Tantum de consolatione timorate consciencie dixisse sufficiat a cujusmodi compilatione siquisque quod suum est recipere velit nihil aut modicum autori manebit". Possidet Bibliotheca nostra Consolatorii editionem pervetustam sine anno, loco, et typographo, quam videsis in Antiqq: typograph: p: 70.

Ad oram superiorem folii omnium primi (: quod est membraneum) hæc scripta leguntur: " Anno domini 2c 48 pro domino Johanne de Weytra nunc octonario ad S. G. (: S. Stephanum ?:) nunc magistro chori. Istum liberum est mihi testatus venerabilis vir ac egregius sacri juris doctor Dominus Thomas de Zwetl qui obiit anno Domini 1455. in vigilia pentecostes cujus anima requiescat in sancta pace amen."